UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quando circuncisio amisit vim suam. K

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

quia quod intelligebat, ſtudioſè implebat bonis operib. abundãdo, licet in hoc neſcius derelinqueret: ſed quia bonis operib. abundabat, poſtea correptꝰ à Deo abundauit altiori ſenſu, ter illos mergẽdo. Ecce habemus, quia deliquit, qui ſemel merſit. Sed hoc ideo quia aliter ſe habebat conſuetudo illius eccleſiæ, vel quia vnã tantum faciendã merſionem aſſerebat De trina merſione. Aug. ait, poſtquã nos credere promiſimus, tertio capita noſtra in ſacro fonte dimerſimus: qui ordo baptizãdi duplici myſterii ſignificatione celebratur. Rectè n. tertio immerſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmũ in nomine Tri. Rectè tertio immerſi: quia accepiſtis baptiſmũ in nomine Chriſti, qui die tertio reſurrexit à mortuis. Illa n. tertio repetita immerſio, typũ dominicæ exprimit ſepulturæ. Cõſtat ergo baptizandos tertio debere immergi: & tamẽ ſi ſemel tantũ immergãtur, verũ baptiſma accipiũt. Et qui ſemel immergit tantũ, nõ peccat, niſi cõſuetudo eccleſiæ obſiſtat, vel hoc modo tantum debere fieri aſſerat.

De condict. 4. poſtquam.

Quando circumciſio amiſit vim ſuam. K

Solet etiam quæri, Si circumciſio amiſit ſtatim vim ſuam ab inſtitutione baptiſmi? Ad quod dicimꝰ in Chriſti morte terminata eſſe legalia omnia. Ex tunc ergo circumciſio perdidit vim ſuam, ita quod poſtea non profecerit, ſed potius obfuerit obſeruatoribus ſuis. Sed vſque ad oblationem veræ hoſtiæ potuit prodeſſe. Si enim ante paſſionem legalia finem habuiſſent, non ea imminente vetus paſcha cum diſcipulis manducaſſet.

Ioan. 19. f vbi dicit conſummatum eſt. Matth. 26. b Luca 22. a Marc. 14. b Ioan. 13. b

De cauſa inſtitutionis. L

Cauſa vero inſtitutionis baptiſmi, eſt innouatio mẽtis: vt homo qui per peccatum vetus fuerat per gratiam baptiſmi renouetur, quod fit depoſitione vitiorum & collatione virtutum. Sic n. fit quiſque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutib. Abolitio peccatorum pellit fœditatem: Appo-